

Teil A: Übersetzung

Mythos, Philosophie, Wissenschaft – Die Antike als Ursprung der Medizin

Der römische Schriftsteller Aulus Cornelius Celsus (ca. 25 v. Chr. – 50 n. Chr.) stellt seiner Abhandlung **De medicina** eine Skizze der Geschichte der Medizin voran. Dabei siedelt er die Anfänge der Medizin im Mythos an:

Ut agricultura alimenta sanis corporibus, sic medicina sanitatem aegris promittit. Haec nusquam quidem non est, siquidem¹ etiam imperitissimae gentes herbas aliaque prompta² in auxilium vulnerum morborumque noverunt. Tamen medicina apud Graecos aliquanto magis quam in ceteris nationibus culta est.

- 5 Vetustissimus auctor Aesculapius³ celebratur, qui, quoniam adhuc rudem et vulgarem hanc scientiam paulo subtilius coluit, in deorum numerum receptus est. Huius deinde duo filii Podalirius et Machaon³ bello Troiano ducem Agamemnonem secuti non mediocrem opem commilitonibus suis attulerunt; tamen Homerus proposuit⁴ eos non in variis generibus morborum aliquid auxilii attulisse, sed vulneribus tantummodo ferro
10 et medicamentis mederi⁵ solitos esse.

Ergo nulli clari viri medicinam exercuerunt, donec maiore studio litterarum disciplina agitari coepit. Primoque medendi⁵ scientia pars sapientiae habebatur, ut et morborum curatio et rerum naturae contemplatio sub iisdem auctoribus nata sit. Ideoque multos ex sapientiae professoribus peritos medicinae fuisse accepimus, clarissimos vero ex iis
15 Pythagoram et Empedoclem et Democritum.

Hippocrates autem Cous⁶ primus ex omnibus a studio sapientiae hanc disciplinam separavit, vir et arte et facundia insignis. Iisdemque temporibus in tres partes medicina divisa est, ut una esset, quae victu, altera, quae medicamentis, tertia, quae manu mederetur⁵. Primam diaeteticam⁷, secundam pharmaceuticam, tertiam chirurgiam
20 Graeci nominaverunt.

Aufgaben (Teil B) auf der nächsten Seite!

¹ siquidem

² prompta, -orum (n)

³ Aesculapius, Podalirius, Machaon

⁴ proponere

⁵ mederi, medeor (m. Dat.)

⁶ Hippocrates Cous

⁷ diaetetica, -ae (f)

da ja

die Mittel

Äskulap (Gott der Heilkunde); Podalirius und Machaon sind gemäß griechischer Mythologie seine beiden Söhne.

hier: behaupten

jemanden / etwas heilen

Hippokrates von Kos (griechischer Arzt; 5. Jh. v. Chr.)

die Diätetik (medizinisches Teilgebiet, das sich mit Fragen gesunder Lebensführung befasst)

Teil B: Zusätzliche Aufgaben

1. Stellen Sie aus folgenden Formen die unten angeführten medizinischen Sätzen bzw. Grundsätze in ihrer lateinischen Fassung zusammen! **[4 BE]**

*ad – aegroti – curat – diagnosis – est – lex – medicus –
natura – nil – nocere – prima – primum – salus – sanat – sanationem – suprema – via*

- a) Das Wohl des Patienten (ist) das höchste Gesetz.
b) Der Arzt behandelt, die Natur heilt.
c) Vor allem darf man nicht schaden.
d) Die Diagnose ist der erste Weg zur Heilung.
2. Über dem Eingang eines zur Berliner Universitätsklinik Charité gehörigen Gebäudes findet sich die folgende lateinische Inschrift:

Hic locus est, ubi mors gaudet succurrere vitae.

Erschließen Sie, welcher medizinische Fachbereich in dem Gebäude untergebracht ist! **[2 BE]**

3. Der in der Epoche des Humanismus tätige Arzt Euricius Cordus (eigentlich Heinrich Ritze; 1486–1535) äußert sich folgendermaßen über seinen Beruf:

*Tres medicus facies habet: unam, quando rogatur,
angelicam; mox est, cum iuvat, ipse Deus.*

- 3 *Post, ubi curato poscit sua praemia morbo,
horridus apparet terribilisque Satan.*

Arbeiten Sie den Zusammenhang zwischen Aussage und literarischer Form des Textes heraus! **[5 BE]**

4. Der *Hippokratische Eid* bestimmt bis zum heutigen Tag das ärztliche Berufsethos. Arbeiten Sie aus den folgenden Ausschnitten einer lateinischen Fassung des Eides zwei fundamentale ethische Prinzipien des Arztberufes heraus! **[4 BE]**

Neque vero ullius preces apud me adeo validae erunt, ut cuiquam venenum sim propinaturus¹ neque etiam ad hanc rem consilium dabo. [...] Quaecumque vero inter curandum videro aut audivero, immo etiam ad medicandum non adhibitus in communi hominum vita cognovero, ea [...] tacebo et tamquam arcana apud me continebo.

¹ **propinare** verabreichen